



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

ix. De Confirmatione Electi, & consecratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

men ab ea diuersum, quam nominationem appellat: ^a enim cū postulatione conuenit, quia & ipsius duæ sunt species, Altera simplex, Altera solēnis. Simplex est, cū Canonici, vel alij electuri prius, quàm ad scrutinyum faciendum se accingant, ipsi inter se aliquos ex omnibus nomināt, tanquam eos potissimum eligi dignos, à cæteris seiungentes, quæ admodū sterilis est nominatio, nec vlla cum postulatione affinitate coniungitur^a. Solennis autē Nominatio dicitur, cū collegiū duos, vel tres, qui præstantissimi omnium videantur, vel plures seligit, quorum nomina in scriptis solenniter deposita ad summum Pontificem, vel aliū, qui in hoc potestatem habeat, transmittit, supplicans, vt eorū vnum Ecclesiæ dare præsidem, vel ministrum velit^b. Quæ nominatio à Postulatione discrepat in hoc, quia Postulatio de vno tantum fit, nominatio de pluribus^c: in hoc autem cum ea conuenit, quòd vbi solenniter est facta, ab ea resilire non licet, sicut neque à Postulatione superiori iam reddita, nisi Prælati ipse postulantibus, vel nominantibus morem gerere velit: quo casu etiam ipso postulato, vel nominato repugnante, retractatio tamen permittitur^d.

In causis super Postulationi-

bus proceditur simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij^e.

DE CONFIRMATIONE electi, & consecratione,

TITVLVS IX.

Vi ad aliquam Præfecturam electus est, non tamen idcirco plenum ius dicitur consequutus, nisi electionis confirmationem à suo Antistite impetrarit: quare si qs ante, quàm confirmatus esset, administrationi temerè se ingesserit, non solum confirmationis spe, sed etiam omni iure ei per electionem quæsito priuatus erit^f, aded vt neque œconomi, neque Procuratoris titulus ei vlli auxilio sit^g. Neque ab re hoc indutum est, vt confirmari debeat: ita enim fiet, vt examinatione à pluribus facta, vix aliquis non idoneus pmoueri possit, cū & ille, penes quem est potestas confirmandi, de electo examinationem sumat, quamvis nemo contra illum opposuisset, quem si idoneum non repererit, rejiciet tanquam minus legitime electum^h. Sed interdū h

^e ele. dispensam. de iudic.

^a Abb. ca. p. col. fin. nu. 34. & ca. quòd sicut. §. super. co. nu. p. de electa. & ca. bonæ memorie. nu. 8. de postu.

^b Hostien. in Summa, de postul. col. p. in fi. & seq.

^c Hostie. ubi supra.

^d c. bonæ. 2. ubi Ab.

^f ca. qualiter. ubi Ab. nu. 4. extr. c. auaritie. de ele. in 6. ^g d. ca. auaritie.

^h c. cū nobis. ex. de electa.

is

is enim etsi confirmari nō pos-
 sit, poterit tamē procurator fie-
 ri cum libera tam in spirituali-
 bus, quā in temporalibus ad-
 ministratio^a. Nec parui æ-
 stimanda est administratio hu-
 iusmodi libera: nam eas ferè uti-
 litates affert, quas confirmatio
 ipsa: quippe talis procurator ca-
 thedralis Ecclesiæ omnia pote-
 rit, quæ Iurisdictionis sunt Epi-
 scopalis, & quæ confirmatus
 possit, excepta bonorū immo-
 bilium alienatione: illa autem,
 quæ ordinis sunt, & ministeriū
 exigunt consecrationis, poterit
 iubere per alios Episcopos ex-
 erceri^b: nam hæc neq; verè con-
 firmatus exequi potest, nisi etiā
 consecratus sit: ex confirmatio-
 ne enim ea duntaxat quærun-
 tur, quæ iurisdictionis sunt, ve-
 luti potestas iudicandi, excom-
 municandi, corrigendi, iuramē-
 ta à vasallis accipiendi, item cō-
 firmandi, investiendi, beneficia
 conferendi, & si quæ his similia
 sunt: non autem ea, quæ sunt or-
 dinis, & quæ maioris inquisitio-
 nis discussione exigunt, in qui-
 bus censentur clericorū ordina-
 tio, & depositio actualis, Chri-
 smatis consecratio, virginum be-
 nedictio, Ecclesiarum & altariū
 consecratio. Hæc enim & simi-
 lia, quæ ordinis sunt, ex conse-
 cratione demum acquiruntur^c.

Item, si quis valde remotus,
 putà extra Italiam, cōcordibus
 votis electus sit, poterit dispen-

A. satiue propter necessitates Ec-
 clesiarum, & utilitates in spiri-
 tualibus, & temporalibus admi-
 nistrare: sic tamen, vt de rebus
 Ecclesiasticis nihil penitus alie-
 net: quæ tamen omnia proced-
 unt, si immediatè ad Rom. Pō-
 tificem pertineant^d.

In confirmationis autem pe-
 tendæ terminis varia iura diuer-
 sis temporibus seruata fuerunt:
 nam olim, etsi electus in ea pe-
 tenda segnis fuisset, non pro-
 pterea ius electione quæsitum
 amittebat, sed tantum poterat
 à prælato, vt eam peteret, com-
 pelli^e. Sed postea Gregorius X.
 constituit, vt intra menses tres
 post agnitam electionem pete-
 retur, qua non petita electio ir-
 ritaretur^f. Sed exinde Nicolaus
 III. sanxit, vt electi ad regimen
 Ecclesiarum Cathedralium, vel
 regularium, cum à summo Pon-
 tifice cōfirmandi sunt, pluribus
 terminis post consensum ele-
 ctioni præstitū ad confirmatio-
 nem petendā potiantur, mense
 primo post consensum, vel post
 obtentā de electione notitiā, si
 eam debito tēpore nō contige-
 rit factam, quo mense ad sedem
 Apostolicā iter arripere debe-
 ant: altero deinde mense ex iti-
 neris longinquitate moderan-
 do, quo ad dictā sedē pervenire
 queant, & demū tertio viginti
 dierū spatio, qua ipsi corā ea-
 dem sede se sistant, vel impedi-
 ti, quo minùs sistere se possint,

Dd 2

d. e. cum no-
 bis. ubi glo.
 Ab.

b. ca. is cui. de
 elect. in 6.

c. ex trans-
 missa. ubi
 gl. fi. de cle-
 ric.

d. ca. nihil. §.
 fi. de cl. et.

e. gl. final. r.
 quā sit. de
 elect. in 6.

f. d. ca. quā
 sit.

vt eo saltem termino impedi-
menti causam proponat, & a-
liorum quindecim dierum ter-
mino probent: quæ si statuta e-
lectus non obseruarit, vel supra
dictis quidē obseruatis, & cau-
sa legitima impediementi pro-
posita, & probata procuratorē
idoneum & instructum non de-
derit, aut sublato postea impe-
dimento ipse se non statuerit,
omni iure ex electione quæsitō
priuatur, multaque alia consti-
tuit, quæ in eius constitutione
leguntur^a. Quam Nicolai Con-
stitutionem postea Bonifacius
octauus multis modis declara-
uit & extendit, inter cætera sta-
tuens, vt satis non sit huiusmo-
di electo ad sedem Apostolicā
uenisse, nisi vsque ad finem ne-
gotium prosequatur^b. Qui er-
go plenum & integrum ius vo-
luerit in Episcopatu habere,
hunc oportet non confirmatū
modò esse, sed etiam (vt supra
diximus) consecratum: per cō-
secrationem enim fœdus con-
iugij spirituale, quod est inter
Episcopum & Ecclesiam, intel-
ligitur consumatum, quod ele-
ctione fuerat initiatum, & con-
firmatione ratificatum^c. Hinc
& si iam sit consecrandus, cum
celebretur missa, quæ de more
in his solennibus dici solet, si ta-
men ad consecrationem non-
dum est deuentum, non poterit
ordines conferre, nec eodē die
etiam post consecrationem.

^a c. cupientes.
de elect. in
6.

^b ca. si post-
quam, in 6.

^c ca. licet. de
transla. E-
pisc.

A Consecratio autē Episcopi in-
ter Epistolæ recitationē & Euā-
gelij celebrari solet, sicut etiam
cæterorum omnium præter Ro-
manum Pontificem, qui vnus
ante hymnum Angelicum con-
secratur, & mox ipse incipit mis-
sarum solennia, & perficit con-
secratus^d. Et quidem Episco-
pi consecratio intra sex menses
petenda est^e. Archiepiscopus
verò plenam eius dignitatis ad-
ministrationem non prius con-
secutus dicitur, quàm pallium
impetrarit: quapropter nec pri-
us poterit cōciliū vocare, Chri-
sma facere, Basilicas dedicare,
clericos ordinare, & Episcopos
consecrare^f. Episcopus autem
consecratur à tribus illius pro-
uinciæ Episcopis, cæteris con-
sentientibus, Archiepiscopi iuf-
su præcedente. Consultius ta-
men fuerit, si ipse Archiepisco-
pus vnà cum suffraganeis suis
eum sacrarit^g. Consecratio ve-
rò fit vnctione capitis, & manu-
um Chrismate solennibus ver-
bis additis^h. At Archiepisco-
pus ab omnibus prouinciæ suæ
Episcopis consecratur in sede
Metropolitanaⁱ.

DE AVTHORITATE,
& vsu pallij,

TITVLVS X.

Q Via titulo præcedenti est
traditum, Archiepiscopo
tunc demum plenum ius
in

^d e. quod sic-
ut. §. super
eo. de elect.
^e cap. 2. ubi
Ab. m. 22.
& 35. de
transl. Epi.

^f d. ca. quod
sicut. §. su-
per eo.

^g c. si archie-
piscopus. et
seq. de tēp.
ordinat.

^h ca. un. §. p.
in fi. ubi gl.
de sacramen-
ti. & ibi
Ab.

ⁱ d. c. si Ar-
chiepisco-
pus.